Fragmentorum textus.

20. Sciendum est suspecti crimen e Lege XII Tabularum descendere.

Sed si ipsi tutores rem pupillis furati sunt, videamus antea actione, quæ proponitur ex Lege XII Tabularum adversus tutorem in duplum, singuli in solidum teneantur: et quamvis unus duplum præstiterit, nihilominus etiam alii teneantur.

21. Patronos sei clientei Fraudem facsit sacer estod.

22. Quei seirit testarier libripesne (fuerit nei testimoniom fariator improbos (intestabilisque) estod.

23. An putas..... si non ma etiam ex XII Tabulis de testimonniis falsis pæna abolevisset et si nunc quoque ut anteà, qui falsum testimonium dixisse convictus esset, è saxo Tarpeio dejiceretur, mentituros fuisse pro testimonio tàm multos qùam videmus.

24. Homicidii pæna.

25. Quei malom Carmen incantasit.—Malom venenom.

26. Primum XII Tabulus cautum esse cognoscimus, ne quis in urbe cætus nocturnos agitaret.

27. Sodales sunt, qui ejusdem collegii sunt quam Græci vocant. His autem potestatem facit lex, pactionem, quam velint, sibi ferre: dùm ne quid ex publicâ lege corrumpant,

Paraphrasis.

20. Si tutor tuleman dolo malo gerat, suspectum cum pacere cuivis liceto: si quis de rebus pupilli furatus fuerit, tutela, duplum præstato.

21. Si quis alterius sese patrocinio commiserit, patronus autem eum fefelerit, exsecrabilis esto.

22. Qui alicui actui testis adfuerit rogatus, vel libripens, si posteà testimonium ferre detrectet, infamis habetor, neque ejus testimonium deinceps admittitor, neve ipsi testimonium dicatur.

23. Si quis falsum testimonium dixerit, saxo tarpeio præceps dejicitor.

24. Si quis hominem liberum dolo sciens occiderit, capitalis criminis reus esto.

25. Item qui magico carmine seu incantamentis alium defixerit; item qui malum venenum facerit dederitve.

26. Si quis in urbe coitionos agitaverit, capite luito.

27. Sodales, id est collegiati (quorum certa fuerunt corpora) leges inter se ferre liceto quas volent, dummodò publicis legibus contrariæ non sint.

TABULA IX.—DE JURE PUBLICO.

1 Velant XII Tabulæ leges privis hominibus irrogari.

2. Tùm leges præclarissime de XII Tabulis tralatæ duæ: quarum attera de capite civis rogari, nisi maximo comitiatu, vetat.

1. In sigulos homines leges juraque ne feruntor.

2. De vitâ, libertate, civitate, familiâ adimendâ civi romano, populi judicium esto centuriatis comitiis.

FONTES.

20. Prior locus est L. I, § 2, D. *de suspect. tutorib.*, ox Ulpian., lib. XXXV, *ad edict.*—Alter est L. 55, § I D. *de admin. et peric. tutor.*, ex tryphon., lib. XIV, *disputationum.*—Cf. pr. Inst., de *suspect. tutorib.*—Cicero, de *offic.*, lib. III, cap. XV.—Donat, ad Terent, *Eunuch* III, 3; v. 8.—Cicero, *de Oratore*, lib. I. capítulo XXXVII.

21 Servius ad Virgil., Æneid., VI, v. 609.—Cf. Dionys. Halicarnass., II, 10.—Plutarch. *Romulus*, capítulo XIII.

22. Gell., Noc. att., lib. XV, cap. XIII.—Coll. eod., VI. 7.—§ 6 Inst. *de testament. ordinand.* —L. 20 D. *Qui Testam. fac. poss.*, ex Gaio, lib. XXII. *ad ecic provinc.*

23. A. Gell., Noct., att. lib. XX, cap. I.—Cf. Cicero, *de Offic.*, lib. III, cap. XXXI.

24. Plin, *Hist. nat.*, lib. XVIII. cap. 3. Cf. Festus, s. v. *Paricid. Quæstores.*—L. 233, § 2 D. *de vervorum signific.*—L. I, pr. D. *ad leg. Cornet de sicar.*, ex Marciant., lib. XIV, Inst.

25. Priora verba desumpta sunt è Plinio, *Hist. nat.* lib. XXVIII, cap. II.—Altera è Gaii, lib. IV, *ad* Leg. XII *Tabular.*—L. 236, pr. D. *de verborum signific.*

26. Porcius Latro, *Declamat. in Catilinam*, cap. XIX.

27. L. 4. D. *de collegiis et corporib.* ex Gaio, lib. IV, ad. Leg. XII *Tabular.*

(Tab. IX.) 1. Cicero, *Orat. pro Domo.* cap. XVII. Collat. Salvian., *de gubernat. Die*, lib. I in fin.—Ascon. Pedian. ad Cic., *pro C. Corn.* in Argumento; denique loc. Cic. ad sequens fragm. laud.

2. Cicero, *de Legibus*, lib. III. cap. XIX.—Coll. Ciceron., pro *Sextio*, cap. XXX; de Legibus, lib. III, 4; *de Repub.*, lib. II. cap. XXXI.

Fragmentorum textus.

3. Durè autem scriptum esse in istis Legibus (sc. XII Tabularum) quid existimari potest? Nisi-duram esse legem putas, quæ judicem, arbitrum ve jure datum, qui ob rem dicendam, pecuniam accepisse convictus est, capite pænitur.

4. Quæstores constituebantur a populo, qui capitalibus rebus præssent: hi appellabantur quæstores parricidii: quorum etiam meminit lex XII Tabularum.—Ab omni judicio pænâque provocari licere, indicant XII Tabulæ compluribus legibus.

5. Lex XII Tabularum jubet, eum qui hostem concitaverit, quive civem hosti tradiderit, capite puniri.

Paraphrasis.

3. Si judes ant arbiter jure datus ob rem judicandam pecuniam acceperit, capito luito.

4. Judices rerum capitalium á populo constituuntor.—Ab omni judicio pænaque provocari liceto.

5. Si quis hostem in populum romanum concitaverit vel civem hosti tradiderit capite punitor.

TABULA X.—DE JURE SACRO.

1. Hemonem mortuom endo urbed nei sepeleitod neive urcitod.

2. Jam cætera in XII minuendi sumptus lamentationesque funeris, translata de Solonis ferè legibus. Hoc plous, inquit, nei facitod rocom asciad nei poleitod.

3 et 4. Extenuato igitur sumptu, tribus reciniis, et vinculis, porpuræ, et decem tibicinibus, tollit (sc. Lex. XII Tabularum) etiam lamentationem. Mulieres cenas ne raduntod neive lesom fonereis ercod habentod.

5. Cætera item funebria, quibus luctus augetur, XII sustulerunt. Hemonei, inquit, mortuod osua nei leceitod quo post fonos facsiat. Excipit bellicam peregrinamque mortem.

6. Hæc præterea sunt in legibus de unctura, quibus serviles unctura tollitur, omnisque circumpotatio. Quæ et recte tolluntur, neque tollerentur, nisi fuissent. Ne sumptuosa respersio, ne longæ coronæ, nec acerræ prætereantur.

7. Indé illa XII Tabularum Lex: Qui coronam parit. ipse pecuniave eius, virtutis ergo arguitur. Quam servi equiue meruissent, pecunia partam lege dici, nemo dubitavit. Quis ergo honos? ut ipsi mortuo, parentibusque ejus, dum intus positus esset, forisve ferretur, sine fraude esset imposita.

1. Hominem mortuum in urbe humare vel urere jus ne esto.

2. Funerum modus qui nunc definietur deinceps esto, neque eum excedere liceto. Ligna ex quibus rogus comburendo cadaveri construitur, dedolando ne lævigentur, sed rudia et simpolita ligna rogo adhilentor.

3. Tribus vinculis purpuræ, neque pluribus, componi, vel uri mortuum, jus esto.

4. Mulieres ne genas unguibus dilavianto seu faciem carpunto.

5. Homini mortuo e cadavere membrum aliquod de adimito, cujus causa postea funus funerisque impensæ de novo iterentur, nisi si quis in bello mortuus esset, vel peregre.

6. Servorum cadavera ne unguntor. In funeribus epulaæ omnes prohibentor. Sumptuosa aspersio omnis in mortuum et rogum amovetor. Ne longæ coronæ, vel longæ coronarum series, neve aræ thuri adolendo aliisve odoribus funeri præferuntor.

7. Qui coronam meruerit in ludibus, sive ipse, sive servi ejus equive, in funere ob virtutem ei dator: ipsique mortuo et ejus parentibus, et quandiu domi per novem dies collocatum est cadaver, et cum efertur, coronam illom imponi jus esto.

FONTES.

3. A Gell., Noct. att., lib. XX, cap. I.—Coll. Ciceron., in Verrem, act. II, lib. II, cap. XXXII; act. I. cap. XIII.

4. Prior locus est desumptus è L. 2, § 23 D. *de origine jur.*, ex Pompon., *lib. singul. Euchiridii.*—Alter est Ciceronis, de Repub., lib. II, cap. XXXI.—Cum priore cf. Joannes Lydus, *de magistratib. reipubl. rom.*, lib. I, cap. XXVI.—Festus, s. v. Paricid. quæstores et s. u. Quæstores.

5. L. 3., pr. D. ad. leg. Jul. majestat., ex Marciani lib. XIV.

Inst. (Tab. X.) 1. Cicero, *de Legibus*, lib. II, cap. XXIII.

FONTES.

2. Cicero *de Legibus*, lib. II, cap. XXIII.

3. et 4. Cicero, *de Leg.*, lib. II, cap. XXIII.—Coll. Festus. s. v. Ricinium *et s. v.* Radere genas.—Plin., *Hist. nat.* lib. XI, cap. XXXVII.—Serv. ad *Æneid.*, lib. XII, v. 605.—Cicero, Tuscul. Quæst., lib. II, cap. XXII.

5. Cicero, *de Legibus*, lib. II, cap. XXIV.

6. Cicero, *de Legibus*, lib. II cap. XXIV.—Coll. Fest. s. v. Murrata potione.—Plin. *Hist. nat.* lib. XIV, cap. II.

7. Plin., *Hist. nat.* lib. XXI, cap. III, sect. V edit. Harduin.—Coll, Ciceron., *de Legibus*, lib. II, cap. XXIV.

Fragmentorum textus.

8. Ut uni plura fierent, lectique plures sternerentur: id quoque ne fieret, Lege sanctum est.

9. Nieve ausom adnitod. Quoi auso denteis vinctei escunt, ast im com olo sepelired ureredve sed frauded estod.

10. .....Rogum bustumve novum vetat (Lex XII Tabularum) propius sexaginta pedes adiicis ædes alienas, invito domino.

11. Quod autem forum, id est, vestibulum, sepulchri, ustumve, Busucapi vetat (sc. Lex XII Tabularum): tuetur jus sepulcrorum.

Paraphrasis.

8. Unius hominis cadaveri funus unum fiat te unus lectus sternitor.

9. Aurum a funere omnino removetor: excipitur aurum, quo dentes vinoti; id enim cum cadavere sepelire aut urere jus esto.

10. Rogum vel sepulcrum deinceps ædibus alienis, domino invito, propius LX pedes admovere jus ne esto.

11. Vestibulum sepulcri, sepulcrumve, usucapere jus ne esto.

TABULA XI.—SUPPLEMENTUM V PRIORUM TABULARUM.

1. Hoc ipsum: *Ne connubium patribus cum, pleve esset*, non Decevmiri tulerunt?....

1. Inter patricios et plebeios matrimonia ne contrahantur.

TABULA XII.—SUPPLEMENTUM V POSTERIORUM TABULARUM.

1. Lege autem introducta est pignoris capio velut Lege XII Tabularum adversus eum, qui hostiam emmiset, nec pretium redderet: siem adversus eum, qui mercedem non redderet pro eo jumento, quod quis ideo locasset, ut inde pecuniam acceptam in dapem, id est, in sacrificium impenderet.

2. Nam in lege antiqua, si servus sciente domino furtum fecit, vel aliam noxam comisit, servi nomine actio est noxalis, nec dominus suo nomine tenetur, non servi..... Sei serfos fourtom facsit nocsiamve nocuerit.

3. Sei vindiciam falsam tulit praitor reei sive et litis arbitros tris datod eorom arbitriod tructei duplionet deciditod.

4. Rem de qua controversia est, prohibemur in sacrum dedicare; alioquin dupli pænam partimur.

5. In XII Tabulis legem esse, ut, quodcumque postrenum populus jussiset, id jus ratumque esset.

1. Pignoris capio adversus eum esto, qui pro hostia empta pretium non reddiderit; item advorsus eum qui mercedam non reddiderit pro eo jumento, quod quis ideo locaset, ut inde acceptam pecuniam in sacrificium impenderet.

2. Si servus domino sciente furtum fecerit damnumve aliter dederit, dominus eum pro delicto, injuria vel domno affecto nedito.

3. Mala fide possessionem si quis nactus sit, Prætor ei rei definendæ tres arbitros dato: eorumque arbitrio malæ fidei possesor fructus in duplum præstato.

4. Rem de qua controversia es, in sacrum dedicare ne jus esto; qui dedicaverit, dupli pæna multatur.

5. Posteriores populi leges prioribus potiores sunto.

FONTES.

8. Cicero, *de Legib.*, lib. II, cap. 24.

9. Cicero, *de Legib.*, lib. II, cap. 24.

10. Cicero, *de Legib.*, lib. II, cap. 24 Collat. L. 237. D. *de mortuo inferendo*. ex Pompom., lib. IX *ad Sabin.* L. 237. *de verbor signific.*, ex Gaii., lib. V, ad Leg. XII *Tab.*

11. Cicero, *de Legib.*, lib. II, cap. 24.—Coll. Festus s. v. Forum.

(Tab. XI.) 1. Liv., lib. IV, cap. 4.—Cf. Dion. Halic., lib. X, cap. 60, XI, 26.—L. 238, pr. D. *de vorbor signific.* ex Gaio, lib. VI, *ad Leg.* XII *Tabul.*—Cicero, de *Republ.* lib. II, cap. 37.

(Tab. XII.) 1. Gaius *Inst. comment.* IV, § 28. Cf. L. 238, § 2. D. *de verbor signific.*

2. L. 2, § L. D. de *noxal action.*, ex Ulpian, lib. XVIII, ad edict.—Cf. L. a, D. *Si fanul. furt. fecisse. dicat.*, ex Marcell., lib. VIII, Digestor.—L. 56, D. de

FONTES.

obligation et action., ex Pompom., lib. XX; *ad Q. Murcium.*—Gaius, *Instit.* commont. IV, § 76.—L. 238 § 3. D. *de verbor signific.*, ex Gaio, lib. VI, ad Leg. XII *Tabul.*—Festus, s. v. Noxia.

3. Festus, s. v. Vindiciæ; quo tamen loco hæc lex per quam mutilata sic habetur: Si vindiciam falsam tulit..... si velis is..... tor arbitros tres dato; corum arbitrio..... fructus dupiione damnum decidito.—Cf. L. 19, D. *de usurpart.*, ex Gaio, lib. VI, *ad Leg.* XII. *Tab.*—L. 9, § 6, D. ad exhibend., ex Ulpian., lib. XXIV, *ad edic.*—Lib. IV, Cod., tit. 19; lib. I, imp. Gratian. Valentinian. et Theod.—Gell., Noct. att., lib. XX. cap. 10.

4. L. 3, D. *de litigios* ex Gaio, lib. VI, *ad Leg.* XII *Tabul.*

5. Liv., lib. VII, cap. 13.—Cf. ibid. lib. IX, cap. 33 et 34.

TRADUCCION DE LAS DOCE TABLAS

TABLA I.—DERECHO DE DEMANDAR Á JUICIO.

1. Si el citado no quiere comparecer en juicio, tomad testigos, y entonces podreis obligarle á que se presente ante el juez.

2. Si el citado ante el juez quiere huir ó resistirse, se le puede prender.

3. Si aquel á quien se quiere llevar ante el juez, es viejo ó está enfermo, sea llevado en un jumento ó carro: y si lo rehusa, no está obligado el que le emplaza á darle un carro cubierto.

4. Por un rico puede responder únicamente otro rico, pero por un pobre basta que cualquiera responda.

5. Las convenciones que hagan las partes en el camino, serán las que determinen el modo de pronunciar el juez.

6. No habiendo convencion alguna entre las partes, el juez podrá conocer de su causa desde que salga el sol hasta el medio dia, y mientras se vea la causa en la plaza pública ó en los comicios, estarán presentes las partes.

7. Despues del medio dia el magistrado determine, aunque solo esté presente, una de las dos partes.

8. Al ponerse el sol se finalice toda demanda y juicio.

TABLA II.—DE LOS JUICIOS.

2. Cuando se nombráre juez ó árbitro, las partes estarán obligadas á dar caucion de presentarse ante él, y el que no lo cumpla pagará la multa que se convenga, á no ser que esté impedido por alguna enfermedad considerable, por cumplir algun voto, por alguna comision de la república ó por un negocio indispensable con un extranjero: si sobreviene alguna de estas causas al juez, al árbitro ó á la parte, se debe diferir el juicio á otro dia.

3. El que quiera presentar testigos ante el juez, y no ha podido hacerlo, vaya por tres dias á la puerta de aquel á quien quiera presentar como tal para que acceda á la demanda.

4. Se permite al ladron y á la persona robada transigir sobre el robo, y hecha la transaccion, el robado no tendrá ya derecho para pedir contra el ladron.

TABLA III.—DEL DERECHO DE LOS ACREEDORES.

1. Confesando uno la deuda ó siendo condenado á pagarla, le dará el acreedor treinta dias de término para satisfacerla.

2. Si pasados los treinta dias no satisface, el acreedor será prendido por mandato de éste y llevado ante el juez.

3. Si el deudor rehusa pagar la deuda y no da caucion ó fiador, podrá el acreedor llevarle á su casa, atarle y ponerle grillos á los piés, con tal que la cadena no exceda el peso de quince libras, y podrá ser más ligera si el acreedor quiere.

4. Si el deudor encadenado quiere vivir á sus expensas, que viva; si no, el que le tiene en la cadena, le dé una libra de harina al dia, ó más si quiere.

5. Puede el deudor transigir con su acreedor, pero si no transige, podrá tenerle en prision por espacio de sesenta dias: si en este tiempo el deudor no halla con qué pagar, le pondrá el acreedor á la vista del pueblo en tres dias de mercado, y hará pregonar la suma que le debe.

6. Si el deudor no puede pagar á muchos acreedores, estos, despues del tercero dia de mercado, podrán hacer pedazos su cuerpo, y partirle en más ó ménos partes, sin incurrir en pena alguna, ó le podrán vender á los extranjeros, á los que habitan á la otra parte del Tíber.

7. Ningun extranjero podrá oponer la prescripcion para libertarse de pagar su deuda, y todo ciudadano robado le podrá reconvenir despues del trascurso del tiempo.

TABLA IV.—DE LA PATRIA POTESTAD.

1. Si nace un hijo con alguna deformidad considerable, le mate el padre luego que nazca.

2. El padre tenga sobre sus hijos legítimos el derecho de vida y muerte, y los pueda vender cuando quiera.

3. Vendiendo el padre á su hijo hasta tres veces, quede el hijo libre de la patria potestad, esto es, emancipado.

4. El hijo que nazca de una viuda en los diez meses despues de la muerte de su marido se reputa legítimo.

TABLA V.—DE LAS HERENCIAS Y DE LAS TUTELAS.

3. Lo que el padre de familias disponga en cuanto á sus bienes y tutela de sus hijos, tenga fuerza de ley despues de su muerte.

4. Si muere el padre de familias sin haber testado, y no tiene hijos que le sucedan, sea su heredero el pariente más cercano.